Tractatus Senece de beata vita :- :-

Galli o frater omnes beate vivere volunt.
Set ad videndum quod sit beata vita
caligat. Nichil nobis magis prestan-
dum est quam ne pecorum ritu sequimur antecedentium
greges. Nulla res maioribus malis nos im-
plicat quam quod non ad rationem sed ad similitudines alio-
rum hominum vivimus. Nemo errans tantum sibi errat
sed alieni erroris causa et auctor est. Non tam bene cum
rebus humanis geritur ut meliora pluribus placeant.
Argumentum ei pessimi turba est. Queramus quod
optimum sit non quod vulgo placeat. Vulgus
autem tam clamidatos quam coronatos voco. Beata
vita est nature conveniens. Beata vita est fortuita
bona despiciens virtute letus. Vel beata vita invicta
vis animi. Beatus est honesti cultor, virtute conten-
tus cui vera voluntas est voluptatum contemptio. Ni-
chil aliud tribuit libertatem quam fortune bonorum con-
temptus. In loco pecorum illi ponendi sunt homines
quos sua ignorantia redegit in pecorum numerum. In pe-
coribus nulla est ratio. In hiis prava. Natura est
duce utendum est. Hanc enim ratio observat. Hanc

quid sit beata vita.

108

C. m. Ms. 257